



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 87. Franciæ Rex Mulinum profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1566.  
mulgari iussisset, ferme omnes Canonicos, qui hæc prostibula palam tuebantur, in se vehementer concitabat: cum autem Præsul esset prudentia, ac morum integritate celeberrimus, vitamque suam semper in summa, probitate transegisset, hinc licentiosam suorum vitam pertœsus ultro die vigesima quinta Octobris hoc anno Episcopatu suo cessit, maluitque vitam in securitate privatam, atque obscuram, quam cum salutis periculo splendidam ducere: porro eidem subrogabatur Joannes Hoja jam olim Episcopus Osnabrugensis, & antea Cameræ Imperialis Præses, vir illustri generis splendore, morum comitate, eruditione, ac magnificentia cum paucis comparandus, qui omni denique commendatione dignus fuisset, nisi ex contagiosa Sodalium societate intermissis prioris vitæ exercitiis statum mutasset, & pristinam famam, ac præclaras animi dotes dissipari vitæ exitu obscurasset.

## §. LXXXVII.

*Franciæ Rex Mulinum profectus.*

*Thuan. l. 38.*  
*Es. 39.*  
*Be car.*  
*comm. l. 30.*  
*n. 35. hoc*  
*ann.*  
Interea Carolus IX. Galliarum Rex, postquam aliquamdiu Blæsis hiemasset; Bajonam reversus Mense Januario Mulinum Borbonici agri urbem contendit. Advenerant etiam juxta Regis manda-



mandata die eis præstituta Parisiensis, <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 Tolosani, Burdigalensis, Gratianopoli- <sup>A. C. 1556.</sup>  
 tani, Divionensis, & Aquensis Senatus  
 primi Præsides: nec minus ibi aderant  
 Henricus Andegavensis Dux, Carolus  
 Borbonius Cardinalis, Ludovicus Con-  
 dæus princeps, Montpenserius Dux,  
 Delphinus ejus frater, Carolus, & Lu-  
 dovicus Lotharingii, & Guisii Cardi-  
 nales, Nemorsii, Longavillæ, & Ni-  
 vernii Duces, Annas Montmorentius  
 Connestabilis, & cum eo Odetus Ca-  
 stillionæus Cardinalis, ac Caspar ma-  
 ris præfectus Colinii fratres, pluresque  
 alii, iique Nobilissimi Proceres, ac Tor-  
 quati equites præter Joannem Morvil-  
 lerium Aureliæ, Joannem Monlucium  
 Vatiæ, & Sebastianum Alaspineum  
 Lemovicum Episcopum.

His omnibus congregatis Rex præ-  
 sente Regina Matre sua, ita inquiebat:  
 „Integras ditiones meas primis regni au-  
 „spiciis peragravi, ut subditorum meo-  
 „rum præteritis annis, & postremis ci-  
 „vilibus bellis diverso pestis genere ve-  
 „xatorum querelas audirem, iisque o-  
 „ptimam ratione prospicerem: ideo etiam  
 „vos in tam celebri confesso congre-  
 „gavi, ac rogavi, imo & auctoritate  
 „Regia præcepi, ut in eam rem sum-  
 „ma vigilantia, ac cura incumbatis, sic-  
 „uti de vestro egregio erga me, ac

Ll 5

„Rem-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1566.  
„Rempubicam studio plane confido,  
„ut Dei voluntati pareatur, conscien-  
„tia mea exoneretur, plebs sublevetur,  
„& iustitia pristinæ dignitati, ac puri-  
„tati restituatur: hanc ergo in rem  
„mihi opportuna suggerite media, &  
„consilia, „

## §. LXXXVIII.

*Cancellarij oratio in Mulinensibus co-  
mitiis habita.*

*Thuan. l. c.*  
*Belt. n. 17.*

Postea Regis Cancellarius perorare  
jussus in enarrandas Regni calami-  
tates fusius excurrens ita conclusit:  
„censeo hæc mala ab impunitate, ac  
„perversa iustitiæ administratione, nec  
„non ab iniquo Magistratum Regimine  
„ali, non enim temporum iniquitas  
„incusetur, nec eâ malignitati homi-  
„num adscribantur, nam nullis tempo-  
„ribus Judex ab administranda debito  
„modo iustitia, aut Theologus a sacris  
„Scripturis bona fide interpretandis, vel  
„Belli - Dux a re bellica bene ge-  
„renda impediri potest. Ideo errata  
„hominum castigentur, atque hi ad of-  
„ficiam reducantur potius, nec tem-  
„pora, quæ fere hominum mores se-  
„quuntur, inculpentur: itaque optimum  
„factu videtur, ut bonæ, ac sanctæ le-  
„ges Regia auctoritate ex optimorum,  
„ac prudentissimorum sententia condan-  
„tur,